



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Corpus Juris Canonici**

**Gregor <XIII., Papst>**

**Coloniae Munatianæ, 1665**

De Concessione Præbenda Et Ecclesiae Non Vacantis. Titvlvs VII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62915](#)

ni, ut coadiutores hujusmodi de provenibus prælatorum, in quorum assumentia auxilium, sumptus recipiant moderatos, ab alienatione qualibet de bonis ecclesiastis prælatorum, si forum vel ecclesiarum suarum quomodo libet facienda penitus abstinentes: rationem non solum in districto examine, sed & prælatis eisdem (si sanus mentis extinerint) ac capitulis corundem, seu etiam ipso forum prælatorum successoribus (si hoc ante non fecerint) plenaria redditur. Ceterum quod de Episcopis premittitur, ad superiores etiam prælatos esse volumus & intelligimus referendum.

DE INSTITUTIONIBVS.  
TITVLVS VI.

## CAP. I.

Capitulum sede vacante licet beneficia ad Episcopi collationem bellantia conferre non posse, tamen ad illa presentatos instituire potest, h. d. Zen.

Bonifacius VIII.

**E**t si capitulum a sede vacante beneficia, quæ ad collationem Episcopi pertinent, conferre non possit, presentatos tamen a patronis potest admittere, si intidonei, & eos instituire in beneficiis, atque fuerint presentati: Licet ad Episcopum (si supercesserit) admissio & institutio hujusmodi pertinenter.

## CAP. II.

Non repellit presentatum defuisse sacram ordinum, h. d. Zen.  
Idem in eodem.

**S**iis, ad quem rector presentatio in aliqua parochia sive ecclesia noscitur pertinere, exempli non constitutum in sacris praesenter ad eam: ipsum & (dummodo alias sit idoneus, & intra tempus à jure statutum ad ordinem, quo ipsius ecclesia cura requirit, valeat promoveri) decernimus admittendum.

DE CONCESSIONE PRÆBENDÆ ET ECCLE-  
SIA NON VACANTIS.

## TITVLUS VII.

## CAP. I.

Si mandetur alioi previdere de dignitate vacatura, quam datur acceptandam, & vacat dignitas, quam ante acceptationem ordinariis confert, tenet ipsum collatio: etiam se executor imperans ante acceptationem sacerdotis reservationem, inhibitionem, & professus super prima vacante, loquitur. And.

Innocentius IV. dilecto filio Andrea Capellano nostro.

**C**ontra cunctis: & infra. Proponebatur itaque, dum vacabat, tibi per eum, qui conferre potuit ipsum, collata sufficit, collatio hujusmodi canonica existebat: maxime cum nulla per priorem ipsum, que illam impedit posset, inhibitus præcessisset. Dicebat autem pars altera, quod cum præmissa litera sede Canoton, vacante sufficiunt in capitulo publicata, ac præfatus Episcopus tunc de capitulo ipso esset, ibique præfens existeret, ignorare non potuit, mandatum Apofolicum (super conferenda memorato D. præbenda vel dignitate sine cura, quam ipse diceret acceptandam, cum primò in ecclesia ipsa prædicta vacare) alii sufficerebant, & sic per consequens facultatem sibi esse sublatam, conferendi hujusmodi dignitatem: propter quod videbatur, quod nec per se nec per alium præfatum præposituram, curam non habentem animarum annexam (qua primò post mandatum ipsum in ecclesia prædicta

a Varias significaciones hujus vocu, capitulum, ponit Ioan. And. in c. capitulum sup. de rescr. b Non idoneitatem, & tempus hic per copulam ponit, unde non satis est quod intra tempus juris posse promovere, sed aequaliter etiam alia idoneitates concurrere. Dom. & Pet. de Amb. Font.

vacavit) potuerit alicui persona conferre. Præfitem, cum jam dictus prior eodem publicato mandato nos prefato D. præbendam vel dignitatem, curam hujusmodi non habentem, quam primò in eadem ecclesia vacat contingere, contulisset: nec alias etiam (prout allegatur) prædelle poterat ipsius Episcopi ignoramus in his parte. Nam si alicui à sede Apostoli concedatur, quod ei communicari non possit, licet id forsan suis ignorantibus, non tam propter hoc eius ligatur sententia, si quā proferat in eundem. Similiter si alicui confundi præbendam aliquam tribuatur à sede Apostoli, postas, ex hoc ipso videtur, quod si Episcopo conferendis eam penitus interdicta facultas. Nec oblati si forte objiceretur, quod lex, seu constitutio de mandatis nullis adstringunt, nisi polliquam ad nonnullum & pervenerint eorundem, aut nisi post tempus, in quo ignorare minime debuissent: quia in privilegiis & indulgentiis, seu concessionibus speciales fecerunt culti, in quibus sufficit, quod ad illorum, quibus comedunt, notitiam perveniant: ut pater cum indulgerit aliis, quod excommunicari non possit, fieri superius ei capitum. Et quidem cum tributis alicui potestas conferendi præbendam, videtur proculdubio ei concedi aliquid speciale. Adiacebatur insuper, quod cum sententia illam arctet etiam ignorantem: quoniam si contra prælatum aliquem absenter depositionis sententia protetur, contractus, quos initio ignoranter posset ut præfatu nullum robur obirent firmatus: & in supradicta sententia iritum decernimus & inane, quicquid super hujusmodi præbenda vel dignitate contra eundem cogitetur attentari mandatum: collatio, quam idem Episcopus post tale nostrum decreum (five illud aprobaverit, sive non) de praefata præpositura per se vel per locum fecerat, non valebat. Ex parte vero tua extitit replicatum, quod hoc de illis privilegiis & indulgentiis (equitate luidente) debenti intelligi, que vix sicut habent mox cum ad illos, quibus concedantur, pervenient ex quorum tenore liquido nosci potest, quod talis causa fuit intentio concedentis: utpote cum alicui concedatur, quod excommunicari non possit: ex hoc enim evidenter appetit alius ipsum excommunicandi admittat esse penitus facultatem: non sic autem si alicui conferendi præbendam, five certa, five incerta tributu potestas, non enim tunc esse videatur tributum intendi ut per hoc ei (ad cuius donationem præbenda non potest) conferendi possibilis admiratur: nisi prædicta sibi notificerit, quod eam velit per hujusmodi præsumit, confere, aut ei collationem interdicat illam, ne potest, quam illi notificaverit talem potestatem non illi concessam, vacuum decernat & iuritum, si scilicet ea vacum fuit. Quia cum illi non amplius deuri potest, quam ipse Romanus Pontifex habeat in hac parte, sicut per eum, quem obtinet ipse Romanus Pontifex, facultas conferendi beneficium vel præbendam (nisi suam infirmam voluntatem) alicui noui auferunt: similiter & per eam, que taliter illi ab ipso conceditur ei, ad quem ipsius præbenda spectat collatio, priusquam infirmam illi habet, quod eam velet concedere, vel etiam conferat (si forte vacat) potestas non tollitur, conferendi, nisi forsan quod ipsam conferre non possit, exprimatur in concessionem hujusmodi potestatis: tunc enim licet talen concessionem fortassis ignoret, sua tamen collatio, si postmodum præbendam ipsam conferat, nihil valet: cum factis super hoc concedentis intentio agnoscatur: sicut cum indulget alicui, quod excommunicari non valeat, ut in superioribus est præmissum. Subiunctum etiam extitit, quod cum memorato priori per præfatas literas mandamus, ut memorato D. præbendam, vel dignitatem

a Vide Decim. & Dol. in c. cognoscente ext. de conf. & Tunc recrebat in c. in ifsi. & leges diff. 4.

fine cura, quam acceptandam duceret, si vacaret tunc, vel quam primum vacare contingere, in ecclesia prædicta conferre: idem prior providendi ei de præbenda, vel dignitate ipsa (nisi post acceptancem ipsius a) non habebat aliquam potestatem. Vnde cum se pedita præpositura fuerit tibi (amequam illam idem D. acceptaret) præfati Episcopi auctoritate collata, hujusmodi collatio talis mandati nostri prætextu (etiam prius illud Episcopus ipse scivis) non poterat vacari. Nostrum autem in hac parte decretum ad præbendam seu dignitatem, quam prædictus D. acceptaret, referri debebat: alioquin super incerto suissim edum, nec aliquem adfrinxisset. Sed exstitit ex adverso responsum: quod eris præfatus prior jam dicto D. præbendam vel dignitatem hujusmodi cum vacaret ante hujusmodi acceptancem, conferre nequirit, idem tamen D. præbendam vel dignitatem talem licet posset & liberè acceptare: quare prædictus Episcopus præfatum præposituram (cum non prius eum requisierit, an acceptare vellet eandem) cuiquam conferre non potuit: quinimo ipsius collatio (cum idem D. præposituram ipsam postmodum acceptaverit) irritari debebat, & confessio per jam dictum Archipresbyterum sibi facta, debet stabilis permanere: sicut cum legatur alius unus exercitus, quem elegerit, vel optaverit, & hæresante opinionem illius manumittit aliquem, vel alienat ex illis: profectò manumissio vel alienatio irritatur, ceterique ille legato, si legatus eius duxerit eligendum. Econtraria vero pro parte tua propositum extitit, quod id in ultimis voluntatibus tenet, nec præmissa in legatis futuris, quemadmodum in extantibus habent locum: quia nec etiam ad opendium, seu eligendum ex illis, sicut ex iis potest terminus assignari. Et gravis inficit cunctio, quoddamque incongruum videatur, si quando mandaretur alius de beneficio, quod diceret acceptandum in aliqua provincia, quā primō illud vacare contingere, provideret: oportere ipsum b in singulis beneficiis postmodum inibi vacanribus (prorogata non absque periculo forsan ipsorum collatione) e requiri: unde cum sape præfato priori fuisse injunctum, ut dicto D. præbendam vel dignitatem, quam acceptandam diceret, si vacaret in ecclesia memorata, vel quam ciò contingere tam vacare, sibi auctoritate Apostolica conferret: & ita eidem D. circa futuras, five vacaturas præbendas vel dignitates tales ipsius ecclesiæ optio data esset, non poterat per hoc memorari Episcopi in illis, quando vacaret, collatio impediri: nisi forsan cum aliquam ex eis vacare contingere, illam ipse D. (priusquam eam conferret Episcopus) acceptaret: vel etiam nīi an vacationem aliquis iparum vacaturarum ex his primam, vel ea omissem, ex aliqua causa ulteriorē diceret acceptandam: quia taliter acceptaram conferre postmodum Episcopus non valerer. Nos itaque tamuis, quā prefati D. rationibus plenus intellectis, quis sape diem præposituram ad te volumus pertinere, ipsam tibi (habito fratrum nostrorum consilio) adjudicare curavimus: ipsi d. D. super ea perpetuum silentium imponentes.

## CAP. II.

Omnis promissio, per quam datur via ad beneficia vacatura, est reprobata. Iean. And.

Bonifacius VIII.

<sup>a</sup> Do. not. hic quid executorum ad conferendum beneficium, quod impetrans duxerat acceptandam, inhibebit, intumet, collatio ante tempus vacationis nonrigat ordinarium, quia potestas in eventu conditionis non exercetur ante præficiatam conditionem facit c. si pro se. sup. C. de restu. Fons. b. Alia operis eum. c. Vide Cl. 1. 9. secus. infra. cod. d. Alia, memorato D. super ea, &c.

Dicitur a iniquorum perversitas abstineret ne sciens à vestis, nec gaudere debito modo concessis, digni plerunque officium excitat præsidentis, ad ea, que justa fuerant consideratione concessa (eum in abulum ea vergere circumspicit) discretione prævia revocanda. Sanè licet olim fuerit canonica constitutio decretum, quod ii b qui promittunt aliquibus de beneficiis ecclæsticis, cum poterant, vel cum facultate obtulerint provide, promissiones suas (facultate se offerente) debeat adimplere: quia tamen, sicut experientia docuit, per promissiones hujusmodi, que per importunitatem nimiam, per quam non concedenda multoties conceduntur, & per ambitionem improbatam, ut plurimum extorquuntur, aperitur via sub tali palliatione verborum, ad promittenda damnabiliter & contra Lateranense Concilium beneficia vacatura, mortis alienæ & votum ingenerit, & ecclesiæ, ac prælatis, & personis ecclæsticis gravamina plurima inferuntur. Nos malis hujusmodi, & animarum periculis occurtere cupientes, promissiones easdem, & alias qualcumque sub quovis modo, aut forma verborum de cetero faciendas, per quas directe vel in directe aperiri via valeat ad beneficia vacatura, anciortare Apostolica penitus reprobamus, & omnino viribus vacuamus, decernentes per eas, vel ipsarum aliquam, ad providendum alio nullum deinceps quomodo ibet obligari.

## CAP. III.

Habens literas Apostolica sedis super primo beneficio, dignitate, vel præbenda, quod duxerit acceptandum, certum acceptare non potest: sed primum quod vacabit, vel ex causa secundum, vel ulterrum poterit acceptare. Reservaciones, processus, & decretalia contra hoc facta non valent. Iean. And.

Idem.

NE capienda aliena mortis occasio ex benignitate gratiarum sedis Apostolice tribuatur: Declaramus duximus, quod is cui ab eadem sede, ut ei prædeatur de præbenda dignitate, vel personatu, aut alio beneficio in aliqua provincia, dioecesi, vel ecclesia, quem a, seu quod duxerit acceptandum: certis fibi super hoc executoribus deputatis gratia nescitur esse facta. Licet in genere primum personatum, dignitatem, præbendam, seu beneficium in eadem provincia dicesset, vel ecclesiæ vacaturum, aut secundum, seu ulterrum (si rationabilis causa subiicit) valeat acceptare. Certum tamen & expressum priusquam varet, acceptare non potest. Quod si fecerit, etiam si per executores eius secundum acceptationem hujusmodi facta fuerit reservatio, inhibito, variisque processus, ac sententia promulgata, tam acceptatio ipsa, quam processus viribus careant, nec aliquam obtineant roboris firmitatem: imo nisi acceptator ille dignitatem, præbendam, personatum, seu beneficium taliter acceptatum & reservatum, per collationem, vel institutionem postmodum factam de vacanti jam adeptus, vel ejus in ipso fuerit acquisitus: per eum, ad quem ejusdem personatus, dignitatis, præbendæ, aut beneficii collatio seu provisio pertinet (dictis acceptatione, ac executorum processibus inde fecitis nequaquam obstantibus) de illo vacanti liberè poterit alii provideri.

## CAP. IV.

Sine speciali mandato non inhibet executor generaliter

<sup>a</sup> Vid. Conc. Trid. sess. 16. de refor. c. b. alit. ut hi. c. Not. quid contra ventens juri peccat. gl. de paen. dist. i. in summ. Imo incurrit notio in infamia. c. illud. de maiest. & obedientia. vid. Bart. in l. si qui pro eo ff. de fidei us. & gl. in e. i. de seru. in ord. fidei. vid. que dicit m. c. perpetua. sup. de ebd. Fons. d. alit. ita, quam se quid dixerit, &c. quam vacaret, etiam agnovit. gl. hic. e. Vid. l. per fundum ff. de seru. rustic. prædio.

ffff 2

collationem beneficiorum provincia: & specialiter vero reservat pri-  
mum, & inhibet ultorem non sine mandato: nec tunc tenet colla-  
tio contra facta h.d. Dominicus.

Idem.

**E**xecutor a super provisione alicuius à sede Apostoli-  
ca, per generales literas in aliqua Provincia deputa-  
tus, pralatis, & aliis, ad quos beneficiorum in eadem pro-  
vincia speciat collatio, ne ad provisionem aliquorum  
procedant, donec illi, pro quo scribitur sit provisum, non  
potest generaliter inhibere.

Nisi expreßè in ipsis literis facultas hujusmodi inhibitionis concedatur. Potest tamen reservationem, & eisdem inhibitionem facere specialem de primo: vel (si hoc illi beneficio competit literarum) de secundo vel ultiero-  
ri beneficio, inibi vacatu contra eidem clero conferendo.  
Quod autem contra talen reservationem & inhibitionem  
ad eo, ad quem beneficii reservati collatio pertine-  
bat, fuerit attentatum, non tenet.

## C A P. V.

**S**i mandetur capitulo, ut me recipient in canonicum, & pra-  
bendam conferant, cum id pertinet ad eos, dato executori, & pre-  
videndum per solam presentationem factam capitulo, affecta est pra-  
benda: & executor (negligente capitulo intra terminum per eum  
faciendum recipere, & prabendam conferre) non vocato capitulo  
id exequi poterit. Ioan. And..

Idem.

**S**i capitulo alieius ecclesie, cum ad ipsum canonico-  
rum receptio, ac prabendarum collatio pertinebat, ut  
te in canonicum reciperet, & tibi de prabenda (si tunc  
vacaret) inibi provideret, vel cum se facultas offerret, ac  
executori, qui eodem capitulo negligente mandatum Apostolicum exequatur, directa fuerint scripta nostra. Per  
solam illorum presentationem capitulo ipsi factam, abs-  
que alia etiam executoris insinuatione, inhibitione, seu  
reservatione, beneficium, pro quo tibi conferendo ser-  
pum exiterat, adeo est effectum, quod de illo alteri fa-  
cta collatio non obtinet firmitatem. Inò si capitulo  
intra terminum competentem sibi ab executori prävi-  
xum mandatum Apostolicum ei pro te directum, in quā-  
tum poterit non duxerit impidendum, extune in ipsum  
executori potestas provisionis hujusmodi transferatur,  
& executor ipse canonicatum incontinenti poterit tibi  
dare, ac prabendam (etiam fine alia capituli vocatione  
vel monitione) si vacat, vel cum obvulerit se facultas.

## C A P. VI.

**S**i soli ordinario, vel soli executors ad compellendum, vel ordi-  
nario, & tali executors si scriptum: per presentationem talum manda-  
tum non officiet prabenda, nisi in alteri est decretum, aut executor  
ille insinuerit & interdixisset, maximi cum decreto, vel ratione  
mandati iam esse facta receptio ad canonicatum. In his casibus,  
vel ipsorum altero, affecta est prabenda, ita quod collatio alteri fa-  
ctia, non tenet. Ioan. And..

Idem.

**S**i soli ordinario & pro te beneficiando executor  
non dato, vel ordinario & executori (ui eum facien-  
dum, quod mandari compellat,) aut soli executori  
sunt tibi faciat de canonicatu & prabenda, vel alio be-  
neficio in certa ecclesia, dicetis, seu provincia provi-

**a** Nota quod executor datus ad providendum seu conser-  
endum, non potest reservare, vel inhibere in genere, sed in specie, sic  
& rationem penit h.o. And. & Inno. in ea. cam dilectus. Sup. de  
jur. patro. franciae. **b** Nota prima, quod quandoq. Papa scribit  
ordinario us conferat, sine alia executori datione, ad hoc de refer-  
eamta. not secundò argu. quod in imputatione deber fieri mentio de  
canonicatu & prabenda, & sic videtur quod non sufficeret expressio  
tanum alterius. Dom.

deri) mandatum Apostolicum sit directum: per tali  
präsentationem mandati ordinario ipsi factam, h.c. si  
contra faciat puniendum existat, ei tamen potestas sic non  
admititur conferendi, quin teneat alteri facta collatio ab  
eodem: Nisi nos in gratia tibi facta decreverimus ini-  
tum & inane quod fieret contra ipsam. Aut ex eam  
hujusmodi ordinario suam insinuans potestate, ne alii  
conferet beneficium (de quo tibi est secundum tre-  
rem hujusmodi mandati Apostolici providendum) in-  
terdixisset eidem: præstertim cum interpositione decr.  
Vel nisi tu juxta dictum a mandatum esses in canon-  
icum jam receptus: tunc enim prabenda collatio aliena  
facta sumitatem aliquam non haberet.

## C A P. VII.

**S**i tres expedientes sunt in una ecclesia, unus auctoritate blan-  
ni, alter auctoritate Bona facti, tertius ejusdem auctoritate can-  
rogativa, ut preservatio omnibus recepto non auctoritate Bonae  
prabendas his consequentur hoc ordine, quia primus bala-  
bius, secundum tertius, tertiam primus: quod privata expon-  
to legali. Ioan. And..

Idem.

**A**uctoritate Martini Papa prædecessoris nostri, quo-  
dam ad prabendari primò in Parmenten ecclesia vaca-  
tu ram nulli alii de jure debitam in ejusdem ecclesia ca-  
nonicum recepto, & alio à nobis in eadem ecclesia simili-  
b. gratiam adesto secundo, tertius denique aucto-  
rate nostrâ in ipsa Parmenten ecclesia in canonicum, &  
fratrem recipitur cum prærogativa gracie, quod omni-  
bus prædecessorum nostrorum auctoritate, non volum  
polite receptis in alienatione prabenda debet antefac-  
tum autem quadam vacari prabenda in ecclesia  
memorata, quarum quis eorum alteri preservat, & le-  
cundum quem ordinem prabendas allequai debeat res-  
predicandi? Cum igitur ex tenore & grante tertio à nobis  
concessis, appareat evidenter nos voluisse primo tertium  
& secundum tertio, antefacti determinimus quod primus  
secundus, secundum tertius, & tertiam primus debet ob-  
tinere prabendam: alias forma mandari minime ser-  
retur. Licit enim ex persona sua, secundus primam ob-  
tinere non posset, ex persona tamen tertii, qui primus  
superat, illam habet. Sicut contingit in successione fili-  
lius, qui ab intestato relatis patre fin' adoptavi finis  
constituto) matre atque fratre decedit, in qua successio  
pater ex se matrem excludit: sed quoniam tales non  
agnatus, materque vincit agnatum, mater pater ex  
semetipso (sed agnati persona) in successione laudabiliter  
antefatur.

## C A P. VIII.

**R**evocatoria gratiarum includit receptus in eam, pri-  
dam distinctam expectantes: etiamque perceptori defensionis  
quotidianas, secus si prabendam distinctam non expellit, sed an-  
gumentum portunum. Inclusit habentes ius ad vacaturem, fin-  
endum est deuentum ad collationem h.d. secundum Domum.

Idem.

**V**eniam ex constitutione nostra, per quam piole  
post promotionem nostram ad summum pontificatu  
apicem omnes collationes, provisiones, reversiones,  
concessiones, super canonicaibus, dignitatibus,  
personatis, prabendis, officiis, portionibus, prædi-  
moniis, ecclesiis parochialibus, ruralibus, & aliis qui-  
busunque beneficiis ecclesiasticis vacaturis, quo-  
cunque nomine conseruentur, ac etiam super canoni-  
caribus sub expectatione dignitatum, vel aliorum  
quorumcunque beneficiorum (in quibus ius non effet-

**a** Al. predictum. **b** Al. similiter. **c** Mem. & ross  
gratia est conferenda ad hoc de prab. cui de non supra est. ib.  
quazum

quæsūtum in re, licet ad rem) à felicis recordationis Nicolao Papa IV. & Celest. V. predecessoribus nostris factas, five concessas, auctoritate Apostolica in fratrum nostrorum præsentia omnino cassavimus, irritavimus, & vacuavimus, cassas, irritas & vacas nuncivimus, & nullius fore decrevimus firmatis: multa dubitatio-  
nes insurgunt, ut unde præfata constitutionis revoca-  
toria proceſſit editio, interpretatio ejus quoque pro-  
cedat. Praefenti declarandum duximus sanctione, quod  
in illis (qui editionis tempore supradicta ultra statutum numerum erant per eodem prædecessores canonici sub ex-  
pectatione præbendarum, vel etiam portionum) ea-  
dem constituto locum habet. Si autem hujusmodi re-  
cepti ultra numerum, distributiones, & alia, ut canoni-  
ci de numero existentes, sic tempore dicta revocatio-  
nis habebant, quod per cessionem vel deceſsum illorum,  
qui erant intra numerum ex vigore prioris gratia, nil  
amplius aſsequi expedabant, nisi distributionum, seu  
partium suarum augmentum (cum forsan esset ecclæ-  
ſa, in qua canonicos, non autem portionum nume-  
rus, vel præbendarum diſimilis habebatur) quantoque  
inter pauciores cuiuslibet ecclæſe dividuntur proventus,  
tanto majores fieri possunt singulorum percipientium  
portiones: ad istos velezos, qui per literas facultatis a  
dictorum prædecessorum nostrorum in aliquarum ecclæſiarum  
canonicos erant recepti (licet præbendas vel alia  
beneficia exp̄erant) conſtitutionem certum est non  
extendi præfata. In illis vero, qui ultra numerum au-  
toritate præfati in aliquarum ecclæſiarum canonicos  
jam recepti, quantum ad capiūlum, & ad chorū, ac di-  
ſtributionum perceptionem quotidianarum plenitudi-  
nem juris canonici tunc habebant, sed in eis dignitates,  
perdonas, præbendas, portiones, vel alia beneficia, qua-  
dantur tantum existentibus de numero, expectabant:  
conſtitutionem præfata locum habere (ratione hujus-  
modi expectationis) dubium non exiſit. Sanè in iis,  
qui super canonicibus, præbendis & dignitatibus, pa-  
rocialibus vel alijs ecclæſis seu beneficiis quibuscum;  
a dictis prædecessoribus nostris literas impetraverunt,  
etiam si per executores illorum facta fuerint reservatio-  
nes, decrēti interpositiones, variisq; proceſſus: & etiam si  
eadem beneficia tunc vacabant, & per imperantes peti-  
tum fuerint ab executoribus, quod eis illa conſeruent:  
non tamen ipſorum beneficiorum vacuum collatio-  
nes, tunc temporis facta: locum habet conſtitutio-  
supradicta, ut omnes hujusmodi gratia (quārum ratione  
tunc non erat ad collationem proceſſum, & sic per con-  
sequens jus in re non fuerat ipſis impenitribus acquiſi-  
tum) intelligantur penitus revocata.

### NE SEDE VACANTE ALL- quid innovetur.

#### TITVLVS VIII.

##### CAP. I.

*Collatione communiter ad Episcopum & capitulum pertinente, uno ipſorum effetto inhabilit, alter confert, b.d. usq; ad 5. Cum vero secundum Dominum.*

Bonifacius VIII.

**S**i b. ad Episcopum & capitulum communiter per-  
tineat & collatio præbendarum, mortuo Episco-  
po, vel à beneficiorum collatione suspeso, pote-  
tuit capitulum vacantes conſerte præbendas: Etiam si  
Episcopus interesse habeat in collatione hujusmodi, ut

a. Vid. Pannorm. & Felin, in c. constit. extr. de ref. b. Ad intellectum hujus cap. vid. Pannorm. in c. ex parte, extr. de confit. & illud dictum coſiderare pertinet, quando aquale jus quilibet pars habeat in alio.

prælatus. Idem poterit Episcopus si capitulum ab ipsa collatione ſupendi contingat, vel singulariter omnes de capitulo majoris excommunicationis vinculo in-  
nodari.

*Collatione ſpontane ad Episcopum de confitio, vel affenſu capi-  
tuli, illo exiſtente inhabilit (nisi sit in mora) non conſerit capitulum.  
hoc dicit.*

Cum a verò ad ſolum Episcopum præbendarum ſpe-  
cificat collatio, cum confitio ſui capitulo vel affenſu: de-  
functo Episcopo vel ſupendo (nisi Episcopus in petenda  
relaxatione ſupensionis hujusmodi fit in mora) capitulo  
fe non potest intromittere de eisdem.

*Habenti conſerere cum confitio Episcopi, free illo conſerit, morta &  
remota obſtaculo interveniente h.d. Dominus.*

Vbi verò de ſpeciali aliiſus ecclæſie conſuetudine,  
vel ſtatuto, beneficiorum collatio ad aliquem cum con-  
ſilio Episcopi noſſit pertinere: ſublato Episcopo de  
medio, (cum confiliū nequeat tunc peti ab eo) non  
erit propter hoc vacantis beneficij collatio defecunda:  
neceſſariam ſi egerit in temorū, ita quid non poſſit ipius  
præſentia in brevi haberi. Quia in petendo vel expe-  
ctando ejus confitio, poſſet vacanti beneficio periculum  
imminere.

### DE REBUS ECCLESIAZ NON alienandis.

#### TITVLVS IX.

##### CAP. I.

*Perpetua alienatio ſuſta de rebus ecclæſie vacanti non prece-  
deſſit, & sine iusta cauſa, non valeat. Ioan. And.*

Innocentius quartus.

**D**vidum: & inſia. Dicitus verò Archidiaconus ex adverſo reſpondit, illas decimas illi ecclæſie restitui non debere: proferens in medium ordinationem quādam Episcopi Dulmen. de conſenſu capituli ſui factam, inter alia continentem, quod idem Episcopus attendeſt proventus Archidiaconatus Dulmen. adeo fore tenues, & exiles, quod non ſufficiebant ad eis onera & ſupportanda: præfatas decimas Archidiaconatu memorato conſeffit: & inſia. Quia ve-  
rō in conſeſſione hujusmodi prædicta ecclæſia (cum va-  
care) legitimo caruit deſenſore, qui libi prius ab co-  
dem Episcopo debeat deputari. Quia etiam tra-  
tus ſolemnis diligens, quin talibus confeſſionibus per-  
petuis, & alienationib; terum ecclæſiasticarum exigitur,  
non fuit habitus in eadem: ordinationem & con-  
feſſionem ipſam (præfertum cum evidens neceſſitas qua-  
re fieri debeat, vel militas & non ſubfetter) de fratrum  
noſtrorum conſilio decernimus non valere: dictas deci-  
mas ipſi ecclæſi tanquam pertinentes ad eam ſententia-  
liter adjudicare curantur.

##### CAP. II.

*Primum prohibet ſubmitionem ecclæſiarum ſicorum immobilitum  
bonorum vel patrum fieri laici ab ipſe conſenſu capituli & licen-  
tia Papæ. Secundo, caſtas contradičtus quacunque firmitate vallatoſ,  
contra hec de cetero faciendo. Tertio punit prelatos contra faci-  
entis, & clericos non contradicentes, & laicos, qui ipſis prelatos ad hec  
compulerunt vel compellent. Quartū precepit laicos per tales con-  
tradic̄tus, ex eaſe quo valent, ultra debitum non uſupare: & panam  
apponit. b. d. Ioan. And.*

a. Ad hunc territorum vide Felin, in cap. eam te. extir. de reſcript.  
b. Vid. cap. ad audientiam, de eccl. ad. x. q. iij. uno, alia re-  
gulari ſoli principia dicet ix. q. iij. nemo. If. de eccl. Lucus. vid.  
Oldred. in confil. 160. cum z. seq. hoc eod. tit. c. Vid. Hefſien. in  
ſum. eod. tit. ubi reſignat quinq; cauſa alienatione rerum ecclæ-  
ſiasticarum.

Efff. 3